

(1273) 1274, març, 5

*Marimon de Boades, de Salitja, es fa home propi de Cecília de Foixà, priora de Sant Daniel, per haver entrat al mas dit de Sant Daniel, de Salitja, propi de !'infermeria del monestir.*

ASD núm. 225, perg. orig., 160 x 290 mm.

Sit notum cunctis quod ego Marimundus de Buadis, de parrochia de Salija, pro eo uidelicet quod uos domina Cecília de Fuxano, priorissa et infirmaria monasterii Sancti Danielis mihi et meis perpetuo dedistis et stabilistis mansum uocatum mansum de Sancto Daniele, qui mansus tenetur per dictam infirmariam in parrochia de Salija cum honoribus et possessionibus eiusdem mansi prout in instrumento doni et stabilimenti mihi a uobis facto de predictis melius et plenius continetur, ideo euenio, dono et facio meipsum proprium et solidum hominem de uobis domina Cecília de Fuxano racione dicte infirmarie cum omni prole que a me exierit et cum omnibus rebus meis habitis et habendis ad omnes uestras uoluntates et uestrorum successorum tenencium dictam infirmariam perpetuo faciendas, et promito uobis et successoribus uestris tenentibus dictam infirmariam quod ego ero uobis et successoribus uestris tenentibus dictam infirmariam fidelis et legalis de corpore et auere et de omnibus rebus uestris tamquam domine sue naturali et alium dominum ullo tempore non habebō nec reclamabo nisi uos et successores uestros tenentes dictam infirmariam tantum, et promito uobis et successoribus uestris tenentibus dictam infirmariam annuatim de expletis qui erunt in honoribus qui per uos tenentur in dicto manso fideliter tascham fideliter presente uestro baiulo allatam in Gerunda ad monasterium antedictum cum meis propriis missionibus et expensis prestare et dare, ac eciam .xrrn. solidos et .vm. denarios barchinonenses monete de temo annuatim et duo paria gallinarum annuatim pro censu et facere continuam residenciam assiduam personaliter in dicto manso et tenere condirectas domos dicti mansi et pro predictis omnibus uobis atendendis et complendis obligo uobis et successoribus uestris tenentibus dictam infirmariam omnia mea bona mobilia et immobilia et semouencia habita et habenda ubique, faciens etiam uobis racione predictorum homagium in presenti.

Actum est hoc .m. nonas marciis anno Domni .MCCLXX. tercio. Sig+num Marimundi de Buadis predicti, qui hoc firmo. Testes huius rei sunt Berengarius de Cistella, clericus ecclesie sedis Gerunde et Guilielmus clericus capelle Sancti Danielis.

Sig(s. man. )num Raimundí Strutii, qui hoc scripsit mandato Bemardi de Uicco, publici Gerunde notarii. (s. man.) Raimundus de Caciono, terrens locum Bemardi de Uicco, publici Gerunde notarii, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 468-469